

114.

Markgraf Heinrich von Meißen beurkundet, daß Heidenreich von Storkwitz und seine Gemahlin Wilburg dem Kloster Altzelle 5 Hufen in (Groß-)Lehna für 100 Mark verkauft haben.

1239 September 1, Grimma

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 353 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 35,7–36,7 cm breit, 29,0 cm hoch, Plica 3,0–3,2 cm — Besiegung: SP. Markgraf Heinrichs von Meißen, Typar 2 (zu ca. 80 % erhaltenes Fragment), an rot-weißen Seidenfäden; (rund), Durchmesser nicht exakt bestimmbar (Posse, SW I, S. 13 und Taf. III/5; Schieckel, Pertinenz, Taf. I).

Edition: —

Regest: Horn, Handbibliothek VIII, S. 858 — Beyer, Altzelle, S. 541, Nr. 89 — Mülverstedt, Dipl. Ileburgense I, S. 31, Nr. 45 — Saran, Parochie Altranstädt, S. 42, Nr. 6 — Herren von Ileburg, S. 66 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae III, S. 140, Nr. 812 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 127, Nr. 439.

Vgl. auch UB Altzelle I, Nr. 116.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. HEINRICUS DEI GRATIA MISNENSIS ET ORIENTALIS MARCHIO OMNIBUS IN PERPETUUM. | Quoniam mortalium non est recordatio diuturna et locum eius oblivio tandem soleat occupare, utiliter providetur, si memoria fluxilis | et incerta scriptis autenticis adiuvatur. Ad noticiam igitur universorum tam presentis temporis quam futuri cupimus pervenire, quod Heinricus | abbas et conventus sancte Marie in Cella quoddam predium quinque mansorum in villa Leine situm pro centum marcis a Heidenrico de | Storcuwiz fideli nostro et uxore eius Willeburga de consensu heredum suorum nemine reclamante compararunt. Et notandum, quod villa Leine | prenotata tota fuerat et est modo Cellensis monasterii, preter hos quinque mansos, qui ei nunc titulo emptionis accesserunt. Idem etiam Heidenricus | cum prefata uxore sua et suis heredibus universis predium supradictum dedit Cellensi cenobio coram nobis et tam se quam suos heredes fide interposita | obligarunt de prestanda in posterum Cellensi monasterio warandia. Quia vero Cellensem locum pariter et personas ibidem domino famulantes affectu tenemur | diligere speciali utpote inchoatum a nostris progenitoribus et fundatum, attente precipimus et districte sub optentu nostre gratie prohibemus, ne quis ausu temerario | dictum monasterium in predio memorato vel aliis suis possessionibus presumat aliquatenus perturbare. Si quis autem huius mandati nostri exstiterit | violator, dei omnipotentis indignationem et nostre offensionis celerem ultionem se noverit incursum. Et ut emptio supradicta debitam | obtineat firmitatem, hanc litteram inde scribi et sigilli nostri inpressione iussimus communiti cum subscriptione testium, qui secuntur: Heidenricus | Misnensis et Theodericus Nvenburgensis prepositi, Burchardus burcravius de Querenvorde, Theodericus de Berca, Meinherus de Vizzenburg, | Ulricus de Vrideberg, Ulricus de Pahc, Otto de Ilburg, Heinricus marschalcus et Cvnradvs camerarius fratres de Gnannensteine, | Albertus dapifer de Bvrne, Uolcmarus de Kamburg, Arnoldvs et Cvnradvs fratres de Drvschim, Albertus de Rÿthe, Gvntherus de Hvguwiz, | Wernhervs de Ertmaresdorph et alii quam